



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 150. De traditis bonis in villa Falohus in eodem Nithega pago.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

Ab anno  
867 usque  
853 im-  
perante  
Hilodo-  
uico et

et in *beuerungun* (l) cum omnibus pertinentiis eorum id est cum terris cultis et incultis siluis pratis pasuis aquis aquarumue decursibus exitibus et regressibus nec non et mancipiis utriusque sexus ad eadem loca pertinentibus huic traditioni praesentes affuerunt hi *bardo comes thiandger comes marchodo comes ecbert* adalold eyulf horid cado et alii LVII omnes autem huic traditioni praesentes fuere LXXV.

## §. 150.

Tradidit hildlec et thiadbert in *falobus* (m) mansum unum cum filiis et pasuis testes habent horic uolchard uoohrid baddo et alii XI.

## §. 151.

Tradidit abbe pro anima uiri sui in *dungun* (n) . . . . . testes iidem qui supra.

## §. 152.

Tradidit adalbold pro remedio animae matris suae suuanahild quidquid habuit in *budinesfeldun* (o) in *amriki* (p) testes ghiki uuulfrid folker maynhard bernulf et alii decem.

## §. 153.

De villa  
Beuerun-  
gen.

(l) *Beuerungun* hodie appellatur *Beuerungen*, atque oppidulum est ad fluvium Visurgis ripam, vix iter dimidia hora a vico distans Werden. Olim spectauit locus ad iura principis Corbeiensis. Nunc vero refertur partim ad Corbeiensem abbatem, partim ad episcopum Paderbornensem. Iacent autem haec tria loca quasi in triangulo, atque olim erant, testante Registro nostro, in pago *Nerga*. Ipsa villis Godeleuesheim et Rehon, quae eodem in pago fuere, circumcluduntur.

De villa  
Falobus.

(m) *Falobus* villa erat in pago *Nitbega*, iam desolata, olim in episcopatu Paderbornensi haud procul a Gerden vico sita.

De villa  
Dungun.

(n) *Dungun* villa olim sita erat in pago *Auga*, dudum vero euersa, obuia in territorio Corbeiensi inter Lebendorf et Furstenauiam, vno milliari a nostra Corbeia distantem. *Abbe*, quae haec tradidit pro viro suo, videtur domina fuisse vel *Witmanni* comitis, vel *Herimanni* vxor, de quibus vide §. 118. et 93.

De villa  
Budine-  
feldun.

(o) De villa *Budinesfeld* in pago *Logne* intra principatum Gottingensem vide supra §. 33. not. (u). Sed non est extra omnem dubitationem positum, eandem villam *Bodensfeld* ad Wiseram hic designari. Quia enim, testante diplomate supra §. 139. allato, etiam villa quaedam *Budinesfeldon* fuit in pago *Nitberse*, quae villa desolata est non procul a vico Driborg in episcopatu Paderbornensi, vti iam supra diximus §. 87. perhibere quis posset, eundem vicum *Benvilte* hic indicari, quia certum est, pagum *Nitberse* seu *Nethga* ad Angariam pertinuisse. Quare delige, vtra placuerit. Mihi inter haec probabilissimum videtur, denotari *Bodensfelde* ad Wiseram, quae villa olim erat in pago *Logne*.

De An-  
garia ve-  
teri.

(p) *Amriki* videtur nomen corruptum. Non enim potuit propter pallorem, a veritate exortum, clare et distincte legi. Videtur substituenda vox *Angri* vel *Angeri*. Videtur scriptor codicis nostri indicare voluisse, villam *Budinesfeldun* in pago *Logne* vel *Nitberse*. Sciendum enim est, nostram antiquam Saxoniam olim diuisam fuisse in tres partes seu prouincias maiores, scilicet in *Saxoniam orientalem*, *Westfaliam*, atque *Angariam*, testante Widekindo nostro in *Annal.* Lib. I. p. 634. his verbis: *Geni Saxonum triiformi genere ac lege prater conditionem seruilem diuiditur. A tribus etiam principibus totius gentis ducatus administrabatur, certis terminis exercitus congregandi potestate contentis, quos suis locis ac vocabulis nouimus signatos, in ORIENTALES scilicet populos, ANGARIOS atque WESTFALOS. Si autem vniuersale bellum ingrueret, sorte eligitur, cui omnes obedire oporteat, ad administrandum imminens bellum. Quo peractio aequo iure ac propria potestate vnus-* quis-